Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



bre,

Iubilate deo omnis terra iubilate deo omnis terra seruite domino in letitia introite in conspectu eius in exultatione quia dominus ipse est deus.

Oblatum tibi domine, secreta sacrificium uiuificet nos semper et munificet.

Abscondito meos mundabis, Commoda me domine et ab alienis peccatis seruo.

Suptis domine, precor, tuo, sacramentis salutaribus quesumus: ad augmentum redemptionis proficiamus et ne.

Oratione nostram, secreta plenitudinem exaudi; et quibus supplicandi postulas effectum, tribue defensionis auxilium, Sed ita letitia.

Exaudi deus oratione meam et ne despexeris deprecationem meam intende in me et exaudi me, psalmus, Contristatus sum in exercitatione mea et conturbatus sum a uoce inimici, oremus.

Sacre nobis quesumus domine obseruationis letitia et pie confessionis augmentum, et tue propitiationis continuum prestant auxilium.

In diebus illis; lectio libri exodi.

Locutus est dominus ad moysen dicens, Descende de monte; quia peccauit populus meus quem eduxisti de terra egipti. Recesserunt cito de uia quam ostendisti eis; fecerunt sibi uitulum conflatilem et adorauerunt, atque immolantes ei hostias dixerunt, Isti sunt dii tui israel: qui te eduxerunt de terra egipti. Rursumque ait dominus ad moysen, Ecce populum istum durae ceruicis sit. Dimitte me ut irascatur furor meus contra eos et deleam eos de terra; faciamque te in gentem magnam. Moyses autem orabat dominum deum suum dicens, Cur domine irascitur furor tuus contra populum tuum quem eduxisti de terra egipti in fortitudine magna et in manu robusta? Ne quaso dicant egiptii callide eduxit eos ut interficeret in montibus; et deleret eos de terra. Quiescat domine ira tua; et esto placabilis super nequitia